



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Tyrone Anni 606. Andreas Vitus, Thomas Laithwait. nu 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**



# HISTORIÆ PROVINCIÆ ANGLICANÆ. SOCIETATIS I E S V. LIBER NON V S.



Onductam Anno seculi sexto Louanij Equitum Melitensium domum infedere Februario insequenti Tyrones, Sacerdotes Iex, duo qui parabantur ad studia Theologica, quinque ad domestica officia designati. In Sacerdotibus, Thomas Garnettus fanguine pro Religione fuso Tyrocinii primordia consce-  
crauit, de quo luperiore libro dictum; Cæteri qua sorte vixerint defuncti, sint non erit inutile commemorare.

Andreas  
vitus.

*Andreas Vitus post operam in Anglia aliquamdiu collocatam, & iter Hispаниcū, pluribus annis Louanij & Leodij Theologica explicauit cum non exigua laude ingenij. Primus deinde fidem intulit in Marilandiam. Regio est in Boreali America quam Carolus Rex Angliæ dominio suo adiungens, (vt vicinā Virginē, tradidit Cecilio Caluer Baroni Baltimerio viro Catholico, appellatione desumpta ab Henrietta Maria Regis coniuge, Henrici Galliarum quarti filia; quanquam Catholici, meliore augurio, nominatam volunt à Beatissima Maria Saluatoris dignissima Matre.) In ea Missione decem annis fructu non pœnitendo cùm laborasset, & præcipuum eius Regionis dyna: à fide Christina imbutum sacrī aquis tinxisset, captus ab hereticis & du-  
ctus in Angliam, exlauit: Tum è Belgio redux in Insulam decennium aliud solandis*

Solandis Catholicis tribuens, propè octogenarius migravit ad eam quietem quam omnes habemus in votis, & ab eo solo expectanda est qui omnia potest.

Tertius, Thomas Laithwaite (vulgo dictus *Scottus*) variam fortunam expertus est. Natus in Comitatu Lancastrense habuit in Societate è fratribus Sacerdotestres) ex Kensingtoni appellatione notiores quā ex nomine gentilicio) Vnum domesticarum rerum adiutorum, & hunc inter fratres natu maximū. Domesticā disciplinā educatus ad literas, profectus est Hispanim ad Philosophiæ & Theologiæ studia. Inde in Angliam rediens anno excētesimo quarto, ex Lucarensi portu nauigatione menstruā delatus est Plimoam: Iste hic dum de equis inquirit quibus veheretur Exoniam, incidit in virum Equitis ordinis Watwicō Hele Irenarcham, qui cū esset peruersē hæreticus, aduenam ex Hispanijs profitantem se esse Catholicum, rogat num iurare velit in Primum Regis Ecclesiasticum? negantem iubet spoliari ad indusium usque: repertas cereas Christi imagines & obscurè quādam scriptas notas retinet, & vñā domum suam non longè distitam amandat, restitutā, ut virum decebat, viginti marcarum pecunia: Biduo hic humaniter retentum, rursus interrogat utrum secum velit templum preces auditurus adire: Recusantem mittit sub custodiam custodiam peditem ad carcere Exoniensem viginti mil- liaribus distantem. A custode Carceris, ut appulit, barbarum & ignominiosum in modum acceptus, iubetur truncum in atrio obuium confundere, ut esset, videlicet, omnium oculis Papista conspicuus: visus occasione *Scottus* ad confluentem versus turbam, intrepidè fidem proficitur: Plerique, inquit, qui hoc claudūtur carcere facinoris cuiuspiam perpetrati causā includuntur. Ego huc loci adductus sum quoniam scelere (mē quidem sententiā) indignissimo me obstringere nolui; fidei, videlicet, Catholicæ, quam profiteor, nolui abrenuciare, & hæresi nuper natae me adiungere.) Exceptus maledicētiā populi one-ratur ferreis grauissimis cōpedibus, & in ergastulū flagitiosis refertū cōpingitur. Felicem quidē sē arbitrabatur quod tam nobili & gloria de causa pateretur: cōpet tamen post aliquot horas tādere loci ob perditissimæ nequitiae formas quæ ob oculos versabantur. Erat enim octoginta viri feminæque vnum in locum varia ob flagitiā inclusi: viros à feminis disiungebat clathrum ligneum tam latis spatijs laxum ut non manibus solum & capiti, sed integrō pene corpori pateret exitus: singulos tamen vno serreo impliciti compedes ita adstringebant ut sedendi quidem, standi, iacendi esset copia, non verò se de loco mouendi; duobus ex eo numero siebat potestas obeundi locum cum situlis ad requisita naturæ libertas in atrio perangusto & fatenti obambulandi emi debebat duobus assibus in dies singulos pendendis custodi. Pepigit igitur *Scottus* de cubiculo separato, p̄cifoluto in singulas Hebdomadas nummo aureo; trium etiam fere aurorum prælenti pecuniā numerata pro compedibus leuioribus: ex priori tamen habitatione cum sceleratis adhæserat ei tanta copia vermium, & tam pestilens aer, ut manibus pedibusque & vultu tumesceret, somnus etiam ad tempus euansceret. Interceduntur & Hyberni duo,

Thomas  
Laithway-  
te dictus  
*Scottus*

In portis  
capitur.

Quæ pas-  
sus in car-  
cere.